



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 119. Opera ejusdem moralia

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

rum Patrum; Elogium ordinis Carthu- Sæcul. XV.  
sianorum; explicatio Regulæ tertii Ordi- A.C. 1471.  
nis S. Francisci; de vita solitaria, ejus-  
que encomio, ac denique *de vita inclusa-*  
*rum.*

### §. CXIX.

#### *Opera ejusdem moralia.*

**D**enique posteriora ejusdem Auctoris opera tractant de morum præceptis; inter quæ numerantur quatuor collectiones sermonum, duæ pro sacerdotalibus, & totidem pro religiosis; item summa virtutum & vitiorum; tractatus contra pluralitatem beneficiorum, contra Simoniam, avaritiam & ambitionem; contra proprietatem Monachorum & contra distractiones in officio divino. Scripsit quoque de modo devote canendi; de modo & ordine correctionis fraternæ; de eremitate peccati; de conversione peccatorum; de arcta via salutis, & de contemptu mundi; Speculum amatorum Mundi; Exhortatorium Novitiorum; de votis & professione religiosa; de mediis tempus utiliter impendendi; Exstant etiam duo libri de vita purgativa; discursus de mortificatione vivificante, & reformatione interna; de fonte luminis, & semitis vitae; de remediis contra tentationes; de discretione spiritum; de

C c 2                    passio-

Sæcul. XV. passionibus animæ; de puritate & felicitate animæ; tractatus de collationibus,

A.C. 1471. & de quatuor novissimis, in quo libro assent, Animas purgatorii haud certas esse de sua salute (\*). Præterea posteritati reliquit Epistolas, ac poemata, & alia multa opuscula, quæ omnia Dupinus recenset, ac cujuscunque libri annum, quo in lucem prodiit, assignat, necdum vero typis excusos ordine suo recitat, additque, hunc Auctorem miram in scribendo facilitatem, sed simplicem, incultam, ac humilem dicendi rationem habuisse.

### §. CXX.

#### *Thomæ a Kempis obitus.*

*Goffe Badius* Die vigesima quarta Julii eodem anno  
*in ejus vita* Thomas a Kempis spiritum Deo red.  
*Trithem.* & didit annos natus ferme nonaginta duos.  
*Bellar.* Script. Ecc. Cognomen de Kempis ei adhaesit ab igno.  
*Valer.* bili quedam oppido *Kempis* dicto, & in  
*Andre Bibl.* Diœcesi Coloniensi sito. Primam lucem  
*Belg.* aspexit circa Annum Salutis millesimum  
*Vid. supra* Lib. CVIII. trecentesimum octogesimum. Pater ei  
 §. 189. erat Joannes Hemmerlein, latine *Mal-*  
*leolus,*

(\*) *Poffevinus* in suo apparatu verbo: **DIONYSIUS** dicit: in hoc libro habet Auctor iste aliqua, quæ dubitaverim, ab alio potius, quam ab ipso ei libro de quatuor novissimis inserta fuisse,